¶ De reuerſiõe petri epi alexādriā ⁊
de ei⁹ morte ⁊ ſucceſſione thimothei.
¶ Quō valēs ɔtra go. ¶ Ca. xv.
thos pugnando ſit deuict⁹ ac mor
tu⁹. Socrates.
¶ De ɔuerſione monachi.

E O tēpe fuit arſi⁹ mona
ſterij preſul Is enim de
linquētes iuuenes nō ex
ɔmunicabat. ſꝫ magis
etate perfectos dicēs. iuuenis excō
municat⁹ ſpnit. perfect⁹ vo velocit̄
excōicacōnis dolore corrigitur. Ali
us nomine pior ambulans come
debat Conſult⁹ aūt cur ita comede
ret. Nō inquit volo veluti neceſſarie
vti cibo. ſꝫ tanq̄ꝫ extraneū aliquid
agere. Pro q̄ re ab alio requiſitus
ait. vt ne dū comedo anima volup
tatē ſētiat corpalē. Iſidor⁹ dicebat
quadrageſimū ſe annū habere. ex
quo ſētiret quidē mēte peccatum: nū
tamē conſentiret vel concupiſcēcie
vel furori. Pambus autē cū ſine
litteris eēt. acceſſit ad quēdam vt
doceretur pſalmū Qui cū audiſſet
primum verſū triceſimi octaui pſal
mi Dixi cuſtodiā vias meas vt nō
delinq̄ꝫ in lingua mea. ſecūdū ver
ſū non paſſus ē audire Si potuero
īqt opere h⁹ iplere. hꝫ verſus tantū
mihi ſufficiet. Cūqꝫ doctor q̄ ei tra
didērāt verſū culparet. cur p. iij. mē
ſes ad eū minime veniſſet. Rn̄dit.
q̄ verſū illū minime adhuc opere
ipleui Poſtea vero cū multos ſup
uixiſſet annos a quodā noto req̄ſi
t⁹ an didiciſſet verſum quadragi
ta ⁊. ix. inquit annis vix eū imple
re preualui. Huic itaqꝫ quodā aſtā
dante ad cibaria pauperū ⁊ dicēte
numera. at ille r̄ſpondit. Quod de
diſti nō eget numero. ſed ſalubri
tatis affectu. Is enī pambo atha
naſio epō deprecāte. ab heremo de
ſcendit in alexandriam. Cūqꝫ vidiſ
ſet ibi mulierē theatralem fleuit.
Et a preſentibus inquiſitus quaē
ploraret. due inquit me res moue
rūt. Vna q̄ ē illius perdicio. altera
vero q̄ ego nō tantū ſtudeo place
re deo quantū hec vt turpis place
re poſſit hominib⁹ Alter quidā di
cebat. Monach⁹ niſi opat⁹ fuerit
violēto indicat̄ equal̄ Piter⁹ mul
tas expoſicōnes naturales adhibe
bat ⁊ frequēter alijs alia reqrenti
b⁹ enarrabat. p ſingulas autē ex
planacōes orabat. Illo ſiqdē tēpe
inter monachos fuerūt duo viri deo
amabiles. noīe vterqꝫ macharius
Vnus ex egypto ſupeiore. alter a
lexandrinus. ambo p multis reb;
iſignes ꝓpter abſtinentiā. cōuerſa
cionē mores. atqꝫ miracula q̄ eorū
manibus agebantur. Egypti⁹ ita
qꝫ macharius tantas curas fecit.
⁊ tantos demones effugauit vt ex
eius operibus liber ꝓprius explea
tur. Erat enim reuerendus ⁊ circa
delinquētes ſeuer⁹. Porro macha
rius alexandrinus cum ſimilis eēt
egypcio p omnia in hoc mutabat̄
quia conſulentes hylarior appaē
bat. ⁊ vultu letifico ad conuerſati
onē iuuenes educabat Horū diſci
pul⁹ euagri⁹. philoſophiā ope re
b⁹qꝫ poſſedit. Pri⁹ ſmōe ſolumō

philoſophat⁹ ꝛ in vrbe ↄſtātīopo
li a gregorio nazāzeno dyacon⁹ or
dinat⁹. deinde cū eo deſcēdēs i egy
ptū. ꝛ pdcōs viros inſpiciēs ↄuſa
tionē eoꝝ zelat⁹ ē. tātaqꝫ miracula
i ei⁹ māib⁹ facta ſūt. q̄nta i pcepto
rū ei⁹. Cōſcripſitqꝫ libros valde ne
ceſſarios: q̄ꝝ vn⁹ q̄dem mōach⁹ ti
tulatur ꝛ ē de actuali. ali⁹ cogmcō
nal ẜm qꝫ q̄ſpiā cogmcōe ſit dig
n⁹. Huic capitula ſunt q̄nq̄ginta
Alius vero ↄtra dictorios ex diuis
ſcripturis collect⁹ ↄtra demones te
ptatores ptib⁹ octo diuiſus ē. ẜm
numeꝝ octo cogitacōnum ſexcēte
ꝓpoſicōnes ad ↄtēplacōnē ptinen
tes q̄s gnoſtica pbleumata ꝛ cog
nicōnales denoīauit. inſup ꝛ v ſuū
opa duo. vnū q̄dē ad monachos
in cenobijs vel itinerib⁹ ↄſtitutos
ꝛ vnum ad virgines. queq̄ mira.
q̄mqꝫ neceſſaria ſūt. legētes intelli
gūt. Sꝫ oportunū ē ſicut arbitror
pauca ei⁹ dicta de monachis hac
ſcriptura de ferri. Sic em̄ ait. Neceſſa
riū ē em̄ vias inquirere. recte prece
dentiū monachoꝝ ꝛ ẜm eas exerce
ri. Multa em̄ iueniunt ab eis dicta
bn̄ ſimul ꝛ acta. Inter q̄s eciā hoc
ait quidā. q̄m ſicca ꝛ n̄ ineqūl dicta
caritate cōiūcta cito pducit mona
chū ad ipaſſibilē portū. Is āt cū
vidiſſꝫ q̄ndā fratꝝ fātaſijs nocte
turbari hoc mō curauit eū precipi
ens vt languētib⁹ cibi ieiunio mi
niſtraret. vnde requiſitus. nihil in
quit ſicuti miſericordia hmōi paſ
ſiones extīguit. Quidā tūc philo
ſophoꝝ acceſſit ad iuſtū anthoni

nium dicens. quomodo ſufficis o
pater codicū conſolacione priua
tus. Ad quem anthonius. O inq̄t
philoſophe meus codex naturaꝝ
creatura eſt ꝛ adeſt cū voluero v̄ba
q̄ mihi relegi dei. Req̄ſiuit me vas
electionis machari⁹ ſenex egypci
us dicens. Quare male memoriam
aduerſus homines retinentes me
morabilem virtutē anime diſſipa
mus contra demones autē hn̄tes
mali memoriā innoxij pmanem⁹
Cūqꝫ inquiſicione interrogacōnis
heſiſſem. rogaui eū explanare ſer
monē. At ille. Prima inq̄t paſſio
furoris ↄtra naturam ē. exſequēs
vero ẜm naturā. In ipō feruēti me
ridie pueni ad ſanctū patrem ma
chariū ꝛ ſiti vehemēter accenſus
aquā vt biberem poſtulaui. At il
le. Vmbra inq̄t ſufficiat. Multi n̄ā
qꝫ tunc iter agencium: aut naui
gācium eciam hac refectione pua
tur. Deinde cum apud eum verba
de abſtinencia exercerem. confide
inquit fili. per viginti annos neqꝫ
pane. neqꝫ aqua. neqꝫ ſomno ſum
ſaciatus. Panem nāqꝫ meum in
pondere comedebā. aquā vero bi
bebā cum mēſura. parietibus au
tem reclinatus ſomnū paululum
capiebam. Cuidam monachorū
nunciata mors patris eſt. At ille
nunciāti. ceſſa inq̄t ꝛ blaſphemāe
noli. Meus enim pater exiſtit im
mortalis. Quidam fratrum euāge
lium ſolūmodo poſſidebat. quod
vendens pauperibus erogauit. di
num proferens memorandumqꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſermonem. Ipſum inquit verbū
vendidi. quod vēdidi. quod mihi
ſemper dicit vende omnia tua ⁊ da
pauperibus. Eſt quedā inſula cir
ca Alexandriam trans paludē ma
rie. in qua habitabat monachus
contemplatiuus ac ꝓbatiſſimus.
Qui dixit. Omnia que geruntur a
monachis. agi ꝓpter cauſas. Idē
propter deū. ꝓpter naturam. ꝓpter
conſuetudinem. propter neceſſita
tem. propter opus manuum. Idē
ipſe dicebat. vnam quidem naturē
eſſe virtutem. Sed eam diuerſas
ſpecies ſumere per aīe qualitates
Nam ⁊ lumen inquit ſolis cū ſine
ſpecie ſit diuerſa feneſtras tamen
per quas ingredit̄ ſcema quoddā
varium facere videtur. Alius itaq̨
monachꝰ propterea inquit abſci
do libidines. vt auferā furoris oc
caſiones. Noui enim furorem ſem
per ꝓ libidinibus. Litigare mentē
meam. turbare ſcienciā perſequē
tem. Quidam ſenum dicebat Cari
tas depoſitum ciborum aut pecuni
arum. ſeruare non nouit. Idem ip
ſe dicebat. Neſcio me in eadē re a
demonibus fuiſſe deceptū. Hec igi
tur euagriꝰ in libro ſuo actuali cō
memorat In ɔtemplatiuo autem
hec dicit Quatuor virtutes ⁊ cōtem
placiones earum a gregorio iuſto
eē dicimus. Prudentiam. fortitudi
nem. temperanciam. atq̨ iuſticiā.
Prudentie quidē opus eē dicebat
ɔtemplari intellectuales ſāctas q̨
poteſtates abſq̨ ſermonibus q̄p
pe quos ſapiencia ſignificari con

tra dicit. Fortitudinis autem ꝓdu
rare in veritate. licet quiſpiā debel
letur. ⁊ non accedere ad ea que ni
hil ſunt. Temperantie vero propri
um eſſe reſpōdit. ſuſcipere premia
agricole ſemina. et ea plantare cō
uenienter. Porro iuſticie. ⁊ vt pro
merito ſingula cuiq̨ verba rēddan
tur alia quidem obſcurē pronunci
ata. alia enigmatibus indicata. q̄
dam vero propter vtilitatē ſimpli
cium aperte diſpoſita Columna itaq̨
veritatis capadox baſilius ait. Hu
manam ſcientiā reddit crebra me
ditacio ⁊ exercitacio meliorē. p eā
vero gratia dei conceditur. iuſticia
paciētia. atq̨ miſericordia ⁊ huma
nam quidē paſſibiles ſuſcipere po
terunt diuine. impaſſibiles tantū
modo facti capaces: qui etiam ora
cionis tempore proprio mentis lu
mine ē ſplendentes ſemetipſos in
ſpiciunt. Egyptiorum vero ſacratiſ
ſima lux athanaſius ait Precepit
Moyſes menſā contra aquilonis
conſtitui partē. quam ob rē cog
noſcant contēplatiui: quis eſt qui
contrarios ſperat. et omnem tem
ptacionem forti mente ſuſtineant.
⁊ cum alacritate ad ſe accedentes
enutriant Thimurtanorum ecc̄ie
angelus ſerapion dicebat Mens
quidem ſpiritali intellectu potita.
perfecte purgatur. Caritas autem
curat membra furore tumētia in
quas concupiſcencias influentes
continentia retinet Maximus con
templacionū doctor didimus ait.
De prouidencia atq̨ iudicio. ap d

temetipſū ſemper exerce. ſermones
⁊ ſtudiorum materiam retine. Pe
ne omnes enim in hijs peccamus
rationeq̄ʒ iudicij in corporum dif
ferentia. in qua ⁊ iam ē mūdus in
nemies. Prouidentia vero in modis
quibꝰ a malitia vel ignorācia ad
virtutes atq̄ʒ ſciētie culmē euehit
Hec autem ex Euagrij dictis ſtatui
mus. Fuit autem ⁊ alius vir mirā
bilis inter monachos cui nomen
Ammoniꝰ. Qui tanto ſine vlla cu
rioſitate fuit. vt rome cū athana
ſio veniēs. nullū opus ciuitatis
inſpiceret. niſi tantum vt videret pe
tri ⁊ pauli baſilicas. Is enim Am
monius ad epiſcopatum tractus
atq̄ʒ diffūgiens dextram ſibimet
amputauit aurem. vt ſemi corpꝰ
ordinationis opus effugeret. Cū
q̄ʒ poſteriori tempore etiam Euagri
us a theophilo Alexandrino pon
tifice ad epiſcopatum tractus. nihil
āmputatis de corpore ſuo fugiſſet.
veniens ad ammonium cum ioco
dicebat. quaſi male feciſſet vt au
rem amputaret a deo reus exiſteret
Ad quem āmmonius. Tu inquit
Euagri ignoras te puniēduʒ quo
niam abſcidiſti linguaʒ. ⁊ ne tibi
arrogare videaris non vteris gra
cia dei. Plurimi ſiquidem eo tempo
re digni fuerunt viri quorum ſi q̄s
vult verba miraculaq̄ʒ cognoſce
re. ⁊ quemadmodum illis fuerūt.
⁊ iam beſtie ſubiugate. librum le
gat palladij monachi qui diſcipu
lus fuit Euagrij Omnia namq̄ʒ de
iſtis ſubtiliter explanauit in qua

etiam feminarum imitacionem cō
uerſacioneq̄ʒ memorauit. Euagri
us igitur atq̄ʒ palladiꝰ mortuo va
lente poſt paululū floruerūt. ¶
Euagrius enim fuit vir doctiſſimꝰ
tam greci q̄ꝫ latini ydiomatis: qui
vitam ſancti Anthonij de greco cō
ſtituit in latinum: cuius etiam me
minit beatus Iheronimus in epi
ſtolis ſuis.

## Socrates.

TEmpoꝛis eſt vt quantas potu
ero memorari paſſim qui fuē
illo tempore iter Chriſtianos phi
loſophati: quorum vnus quidē in
egypto Iohānes cui futura ⁊ alijs
incerta deus non minus q̄ꝫ antiq̄s
prophetis reuelauit. donumq̄ʒ de
dit. vt curaret inſanabiles paſſio
nes. Is enim a iuuentute laudās
deum. degebat in ſolitudine come
debatq̄ʒ herbas atq̄ʒ radices. bibe
bat aquam ſi comperiſſet. Cumq̄ʒ
veniſſet ad ſenectutem diuina iuſ
ſione migrauit ad thebaidē ⁊ mul
torum monaſteriorum factus eſt
preſul: qui oratione tantummodo
languores ⁊ demones effugabat.
Et cum litteras non didiciſſet ad
rememorādum aliquid codicibꝰ
non egebat. quia quicquid ſemel
mente perceperat. ipſe ſub veritate
retinebat In hac itaq̄ʒ regione eti
am philoſophabatur ipē ammō
tabernenſiorum preſul. circa tria

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

milia diſcipulos habens. non mi
nus ꝙ̄ et Theonas qui multorum
preſides fuere monachorum. ambo
operatores inopinabilium rerum
et diuina prouidentia prophetiaqꝫ
completi. Dicitur theonem eruditū
egyptiorum. grecarum latinarumqꝫ
litterarum. et triginta ānis habu
iſſe taciturnitatem. Porro Ammo
nem a nullo viſum iraſcentem. aut
iurantem. aut mentiētem. aut va
num aliquid agentem. vel aſpecū
vel infirmum protuliſſe ſermonē.
Ea tempeſtate fuerūt coprēs et hel
lin necnon helyas. Copras quidē
vt aiūt diuinum habuit donum
ſalutis efficere paſſionum et demo
nes expellendi. Hellin vero a par
uulo nutritus in monaſterio pluri
ma inopinabiliter miracula facie
bat vt ignem in ſinu portaret. et ne
quaꝙ̄ eius veſtis arderet. Verum
helias tunc quidem nō procul ab
ātinoo ciuitate degebat in heremo
agēs annum etatis circa cētesimum
atqꝫ decimum. Antea tamen pene
ſeptuaginta ānis ſolus vixit in ſo
litudine. et vſqꝫ ad hanc etatem ie
iunando. et viriliter conuerſando
peruenit. Fuit etiam apellis in egy
pto ex fabro ferrario. Qui dum ali
quādo per noctem hoc opus exer
ceret vmbra demonica velati muli
eris ſpecioſa. eum de caſtitate tempta
bat. At ille ferrum quod operaba
tur ex fornace trahens. eam percuſ
ſit in faciem. Tūc ille ſtridens et in
gemiſcēs procul effugijt. Inter hos
etiam yſidorus fuit: qui vndiqꝫ mo
naſteriū muniēs. claudebat vt nul
lus egredēetur. ſed omnia neceſſaria
haberet interius. nec nō ſerapion
circa decem milia ſub ſe monachos
habens: qui omnes ſic educabat.
vt ex proprijs ſudoribus neceſſaria
cōpararet. et alijs miniſtraret egē
tibus. Dioſcorus quoqꝫ nō ampli
us centum monachis preſidebat.
Qui cum preſbiter eſſet ſacrificia
faciens. omnem perfectionem ad
hibebat. examinandoqꝫ diligēter
diiudicando accedētes ad ſacra mi
ſteria ita vt expiarēt mētemqꝫ ma
li cuiuſpiam conſcientiam nō habe
rent. Eulogius preſbiter fertur
preſciētiam habuiſſe cogitatōnū
quorumlibet ad ſe venientium. eo
rumqꝫ delicta palam redarguebat
et quecūqꝫ latenter cogitaſſent ſi
bi reuelata maifeſtabat. Qui vero
aliquid mali geſſiſſent vel prauū
conſilium habuiſſent ab altari ſu
ſpendebāt manifeſtās eis peccati
quod egerant. et indulgentia pur
gatos rurſus ſuſcipiebat. Hijs
itaqꝫ ſimilis erat apollo in thebai
da. qui quadraginta annis interi
ore mor̄abatur in ſolitudine: ſpelū
cam paruulam in mōte vicino ha
bens Sed pro multitudine miracu
lorum paruo tempore inſignis ef
fectus plurimorum preſul. extitit mo
nachorum. Eo naqꝫ tempore multi
et optimi ſtudioſe phylophabant
in alexādria quaſi duo milia viri:
quorum alij in ſolitudine mor̄abā
tur. alij circa mareote degebant.
Excellēter autē inter alios eminebat

dorotheus genere thebeus. cuius
fuit vita vt quotidie lapides a ma
ri colligeret. ⁊ annis ſingulis hoſ
pitiū edificaret. ⁊ fabricare ſibi nō
valentibus daret. Noctibus autē
propter eorū cibum faciebat ſpor
tas vt venderet eius cibus erat pa
nis vntiarum ſex. ⁊ oleum minu
torum faſciculus vnus ⁊ ad biben
dū aqua. hic a iuuentute ſic viuēs
nec in ſenectute defecit. Nunꝙ vi
ſus eſt in lectulo ſoporatus. vel pe
des pro requie tetendiſſe. aut pro
voluntate dormiē. niſi quantum o
rando aut comedendo natura com
preſſos oculos claudere potuiſſet:
ita vt ſepe comedendo dormiēt cibꝰ
ex eius ore laberetur. Aliquando
ergo ſomno grauatus. cū in ſter
core cecidiſſet obdormiuit. Expge
factus autem ⁊ contriſtatus. ſub
ſilentio dixit. Si āgelis dormiē ſua
ſeris. ⁊ mihi vlterius ſuadebis. Qꝫ
forte dicebat ad ſomnum. aut de
monem: qui nitebantur bonis eiꝰ
actibus impedire. huic laboranti:
quidam dixit. Cur ita perimis cor
pus tuum? At ille. quia me īquit
illud occidit. Piamonem vero pre
ſbiterū ferunt quia dum ſacrifica
ret aliquando ſanctum angelum
circa ſacrum vidiſſe altare ſtantē
⁊ preſētes monachos in codice cō
ſcribentem. abſenteſqꝫ delentem.
Johanni quoqꝫ tantam deus no
ſcitur donaſſe virtutē contra paſ
ſiones atqꝫ lāguores. vt plurimos
podagricos ⁊ articulos habentes
ſolutos curaret. Inter hos benia
min ſenior valde habebatur dono
dei potitus. vt ſine medicamine ta
ctu manus aut olei facta oratiōne
ſanaret egrotos. Hunc ferunt inci
diſſe in ydropicam paſſionem: et
tantū eius corpus intumuiſſe. vt
non poſſet per ianuas celule ſue i
qua habitabat efferri. niſi iāue cū
tabulis appoſitis ſublate fuiſſent.
Js ergo paſſionis ſue tempore: pe
ne octo menſibus ante mortem in
cella latiſſima ſedens: curabat ſol
lemniter egrotantes. Nō grauiter
feretis quoniam ſue egritudini nō
prodeſſet. Sed etiam ſe videntes cō
ſolabatur. ⁊ depcabatur vt roga
rent deum p anima eius ⁊ de corpo
re non curarēt. quia ⁊ dum ſanū
eſſet nihil pfuit mihi. ¶ Marcum
in ſciti degentem. ferunt etiā in iu
uentute valde manſuetum. ⁊ ſapiē
tē. memoriaqꝫ ſcripturarū diuina
rum ſatis ydoneū. ⁊ tāto deo ama
bilem. vt dum ad dominicum cor
pus accederet angelus ei ſacramē
ta preberet. cuius manum vſqꝫ ad
iuncturam brachij tantummodo
fuiſſe decebat iſpicere. Machario
vero datum eſt vt ſaperet vltra de
mones. huic occaſio cōuerſionis
cōmiſſum homicidium fuit. Nam
dum puer eēt ⁊ oues paſceret. cir
ca mariā paludem ludens. quen
dā coetaneum interemit. ⁊ metu
ens fugit in ſolitudinem. Qui dū
tribus annis ſub diuo moraretur:
poſtea paruū hoſpitium ſibi fecit:
in quo annis. xxv. moratus eſt.
Plurimi ſiquidem ſe eum audiſſe

dicebant· quia gratias illi calami
tati referret ⁊ ſalutiferum vocaret
illud homicidium non ſponte com
miſſum· quod ei beatitudinis cau
ſa prouenerat· ¶ Apollonius au
tem cum per omne temp⁹ vite: in
hiſ vite monachice didiciſſz: ſacēs
quia nec ſcribere· nec artez iam ex
ercere poſſet propter etatem· om̄a
medicamina ⁊ cibaria oportuna
laborātibus ex proprijs pecunijs
comparabat· ſingulaſqꝫ ianuas
monaſteriorum a matutina circui
bat· vſqꝫ ad horam nonā· viſitan
do languentes· ⁊ miniſtrando q̄d
indigerent. Qui moriturus alij tra
didit quod habebat iubens vt ta
lia vota ſeruaret. ¶ Moyſes autez
cum ſeruus eēt· propter culpas ex
pulſus eſt e domo· Qui latrocinio
dedit⁹· homicidia multa commiſit·
poſtea vero cōuerſus repente huiuſ
modi philoſophie virtute comple
tus eſt. Cumqꝫ proprijs vite ſeruo
re fantaſijs adhuc libidinum mo
ueretur· multa abſtinencia ſuum
domabat corpus. panem ſolum
modo comedens· ⁊ multum opus
efficiens. Sex autem annis per to
tam noctem ſtans orauit· neqꝫ ge
nuis iclinatis· neqꝫ oculis in ſom
num clauſis· inſuper etiam noctā
ter circuibat cellulas monachorū
⁊ lagenas ſingulorum aqua com
plebāt cum longe aut decem aut
viginti· aut trigita ſtadijs aqua
manaret. Qui licet ita domaret cor
pus· priorem tamen valitudinem
non amiſit· Fertur enim quia dū

quatuor latrones eius inuaſiſſent
hoſpitium· cōprehendiſſet omnes
atqꝫ ligaſſet. ſuiſqꝫ humeris impo
ſitos ad eccleſiaz perduxiſſet· in vo
lūtate monachorum ponens quid
de eis facere vellent. Fuit ēgo in ſū
ma philoſophia ⁊ terribilis dmo
nibus et preſbiter in ſciti conſtitu
tus vixit annis pene ſeptuaginta
quinqꝫ· ¶ Sub hoc igitur imperio
fuit paulus de libia in ſciti· nō mi
nus quingentos monachos ha
bens· nihil autez operabatur neqꝫ
percipiebat· niſi quod comederet
tantum· Orabat autem ſolummo
do ⁊ veluti quoddā tributū habēs
impoſitum trecentas oraciones deo
vnaquaqꝫ die reddebat· ⁊ ne nūe
ro forte delinqueret· trecētos lapi
des ponebat· ſingulis oracionib⁹
lapidem mittebat in ſinum· Expē
ſis vero lapidibus oraciones ſcie
bat eſſe completas ¶ Tunc etēm  Pachomius
pacō in ſciti florebat· a iuuentute
vſqꝫ ad ſenium optime conuerſa
tus: quem neqꝫ corporis ſanitatē
nec circa anime paſſionem demō
aliquando decepit Stephanus au
tem circa marcotez habitauit per
fecta degens ⁊ integrē continentia
Qui circa ſexaginta annos proba
tiſſimus fuit· ⁊ Anthonio magno
notiſſimus· Fuit itaqꝫ manſuetus
⁊ ſapiens. locucione ſuauis ⁊ vti
lis· triſtātium cōſobatur animos
et ad alacritatem reuocabat licet
neceſſaria tribulacio proueniret·
talis erat etiam in cladibus pro
prijs· Denique dū infirmitatem in

curabilem incurriſſ; . ⁊ medici pu
trida membra eius icidiſſent ille
manibus tamen operabatur pal
marum plectens folia. ⁊ preſentib;
perſuadens vt de rebus huius mũ
di non dolerent. neqꝫ aliud cogita
rent. niſi de bono fine. Deus inq̃t
que fecit cuncta vtilia ſũt. ego au
tem noui quia huius mundi paſ
ſiones pro peccatis eueniũt. ⁊ me
lius eſt hic penas ſoluere. ꝙ poſt
mortem perpetua ſupplitia ſuſtine
re. Pior autem cum de domo pr̃is
ad philoſophiam conuerſionis
exiret promiſit denuo nullum ſe ꝓ
pinquorum de cetero fore viſurum
Poſt quinquaginta vero annos
dum eius ſoror eum viuere ⁊ habi
tare in heremo cognouiſſet nõ ceſ
ſabat donec eum inſpiceret. Quã
dum epiſcopus loci iam grande
uam propterea videret affligi. ſcri
pſit preſulibus heremi vt piorẽ di
rigerent. At ille me fas eſt conten
dere iuſſionibus ſeniorũ; obediẽs.
⁊ aſſumens quendã venit ad pa
triam. Cumqꝫ ante domus ſue ia
nuas acceſſiſſet ⁊ ſuum nuntiaſſet
aduentum veniente germana clau
ſis oculis dixit. Ecce ego ſum pior
quanto vis aſpectu ſatiare. Tunc
illa grãtificata deum laudauit. At
ille oratione facta remeauit ad he
remum. vbi fodiens aquã inueit
amaram ea vſus eſt vſqꝫ ad vlti
mũ vite ſue diem. Poſt cuius obi
tum nullꝰ illic habitare preualuit
Ego autem reor. quia per oratõnẽ
eam ad ſuos vſus fecerit dulcem.
dũ etiam alibi non exſtantem ora
cione meruerit emanare. Nam cũ
moyſes ⁊ eius monachi puteum
aliquando foderent. ⁊ venam ali
quam reperirent. nec amplius iã
fodere altitudo permitteret. medio
die ſuperuenit pior. ⁊ oratõne facta
deſcendit in foueam. Cumqꝫ tertio
percuſſiſſet terram tunc mox ema
nauit aqua. Cumqꝫ oratõne facta
diſcederet. eum petẽtibus vt vel ex
aqua guſtaret ad hoc inquit nõ dire
ctus ſum. ⁊ propter quod veni pa
ctum eſt. ¶ Ammonium itaqꝫ fe
runt nimis eruditum. origenis didi
miqꝫ diſcipulum a iuuentute vſqꝫ
ad nouiſſimum diem preter panẽ
aſſum nihil aliud comediſſe. Hũc
dum voluiſſent quidam ad epiſco
patũ; retrahere. nec ille poſſet eos
ſermonibus euitare abſcidit pro
priam aurem dicens. Iam modo
neqꝫ volentẽ; me quiſqꝫ patitur or
dinari. dũ; eccleſiaſtica regula cor
pore perfectos exquirat. Proinde
deſcendentibus illiſqꝫ denuo reme
antibus atqꝫ dicentibus quia mo
rum perfectionem pocius eccleſia
ꝙ corporis exquirat. iurauit etiã;
linguam ſuam abſcidere. ſi ei vim
inferẽtur inferre. Quo audito qui
venerant receſſerunt. Videbãt eñ
ꝙ magis volebat ꝑ tutiſſimã; viã
incedere ꝙ in alto poſitꝰ gradu ſep
de ꝑicipicio formidarẽ. Sup quẽ eñ
requieſcet ſpũs dñi niſi ſup humilẽ
⁊ trementẽ ſmões ſuos. ¶ Eo ſiq
dem tempore fuit etiam Euagrius
vir eloquẽtiſſimꝰ atqꝫ mitiſſimus

a gregorio nazanzeno decenter eru
ditus · cuius etiam fuit archidya
conus · Ferunt eum enim aſpectu
pulcherrimum · ⁊ circa cultum ve
ſtitus ornatum · Cunq̧ eum quidã
ſenator zelotipus · vxori ſue cogno
uiſſet eẽ notiſſimuȝ ei mortis para
bat inſidias · Que ad effectum per
uenire potuerunt · niſi ei quedam
terribilis · ⁊ ſalutaris viſio predix
iſſet · Vidit enim in ſõnis quaſi ꝑ
crimine fuerit comprehenſus · fer
roq̧ iunctus pedibus manibuſq̧
ad ſupplitium duceretur · quod dũ
fieret · quidam protulit euangeli
um ⁊ promiſit eum de vinculis eſſe
ſoluendum · ſi ab vrbe conſtantino
politana diſcederet · idq̧ compulit
ſibi iure iurando promitti · At ille
tactis euangelijs hoc ſe complere
promiſit ⁊ vinculis ſolutis experre
ctus eſt · ac ſacre credẽs viſioni · pe
ricula declinauit · Tunc ab vrbe cõ
ſtantinopolitana diſceſſit venitq̧ in
iheroſolimam · Fuerunt etiam in ri
nocorura nõ peregrini ſed prouin
tiales viri · philoſophieq̧ florẽtes
Inter q̃s fertur melas epiſcopus
huiuſmodi fuiſſe benignitatis · Dũ
miſſi fuiſſent qui epiſcopo reſiſtẽ
tes arriom deportarent exilio · venẽ
runt ad huius eccleſiam · Quẽ dũ
inueniſſent velut vltimuȝ miniſtꝝ
candelas eccleſie preparantem · in
terrogauerunt vbi eſſet epiſcopꝰ
At ille · Ego ĩquit vos epiſcopo nũ
tiabo · Tũc ex itinere fatigatos ad
epiſcopum duxit ⁊ apoſita mẽſa
pauit vt valuit · Poſtea miniſterio
completo cibõrum ſe eſſe dixit epi
ſcopũ · At illi mirati virum cauſas
aperuerunt ⁊ reddita reuerentia ei
dederunt fugam · Tunc ille · non in
quit declinabo quod mei ſimiles li
bentiſſime ſuſceperunt · ſed volens
exilij precepta ſuſcipio · ¶ Huius
frater Salomon ex negociatore
conuerſus · ad magnum philoſo
phie culmẽ euectus eſt · Hoc tem
pore epiphanius qui poſtea cypri
fuit epiſcopus · inẽ heremitas ma
ximus videbatur · Fuit etiam in
carris protogenis epiſcopꝰ poſt
vitam · qui vt fertur ſibi profeſſus
eſt · in deum epiphanio reuelatum
quia vidiſſet imperatorem conſtã
tinum · quemadmodum ei deus fu
tura mõſtraret · ⁊ iuberet vt quod
ei diceret obediẽt · Apud hos itaq̧
tãta abſtinẽtia vigebat · vt pro
pter multa ieiunia dentes eorũ ver
mibꝰ ebulirent · Alium vero quẽ
dam vſq̧ ad octoginta annos pa
nem ferunt penitus non guſtaſſe ·
Heliodorum plurimas inſomnes
duxiſſe noctes · ieiunioq̧ ſeptenos
continuaſſe dies · Multi quoq̧ a
pud paleſtinam ⁊ ſyriaȝ atq̧ per
ſas · fuere monachorum quorũ ſi
mul nomina conſcribere quiſpiaȝ
voluerit multos implebit libros ·

Theodoricus ·

¶ Capitulũ · ij ·



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Eo ſiquidem tempore in cō
ſtātinopolitana vrbe com
prehendētes arriani quoſ
dā religionis pie preſbiteros. coſ
ꝗmittentes in nauim inermem ⁊
trahentes in pelagus, aliis quippe
in alia naui ſequētibus immiſſo
igne cremauerunt. Quo facto ſan
cti viri cum igne atq; mare pugnā
tes nouiſſime ſūt abſorti ⁊ trium
pho martirii coronati.

## Capitulū iii.

In Antiochia vero valens
plurimo tempore commo
ratus. omnibus licenciā
dedit gētilibus atq; iudeis. necnō
hereticis. Nam ⁊ gentiles feſtiuita
tes agebant. demonibꝰ miniſtran
tes. Et poſt iulianum a iouiniano
ydolatrie vanitates extinctas floē
re rurſus permiſit. ⁊ iouis cultum
atq; dyoniſii ſacraq; ceteris iā nō
in occulto tanꝗ̄ ſb pio impeātore
celebrabant. ſed per mediam pla
team bacantes vbiq; currebant.
Illis tantummodo tunc princeps
erat inimicus qui apoſtolicam do
ctrinā predicare videbantur. ⁊ ꝗs
primum quidem a ſacris baſilicis
fecit expelli: quibꝰ Iouinianꝰ famo
ſiſſimus imperator nouā dedit ec
cleſiam. Cumq; in monte ſacra cele
brarent. ymnis laudantes deum.
et diuinis illic eloquiis perfruen
tes. licet aeris aduerſitatem ſepi
us ſuſtinerent. aliquando pluuiis
aliquando niuibus. aliquādo ge
lu. frequenter ignis ardore macerā
ti. neq; in huiuſmodi laudibꝰ di
uinis eos frui permiſit. Sed miſſis
militibus effugauit. Tunc flauia
nus atq; diodorus veluti quedam
propugnacula iaculis imminenti
bus reſiſtebant. Nam cum meleti
us eorum paſtor ſeorſum degere co
geretur. iſti curam gregibus ad
hibebant. lupos quidem abiicien
tes propria fortitudine ⁊ ſapiētia
ſua. ouibus autem curam congru
am iugiter offerentes. De monta
nis igitur locis expulſi. contra ri
pas vicini fluminis paſcebāt oues.
Non enim patiebantur ſcd̄m iſra
helitas captiuos ī babilone orga
na ſua ſuſpendere. Sed laudabāt
creatorem ⁊ largitorē deum in om
ni loco dominationis eius. Sꝫ ne
q; in hoc loco conciliū piorum quī
etum eſſe permiſit hoſtis ſeruorū
Chriſti verumtamen concordia il
lorum mirabilium paſtoris mag
ni diſcipulorum ad exercicium ſā
ctas oues enutriens. ſpiritalia pa
ſcua miniſtrabat. Et diodorus ſa
pientiſſimus atq; fortiſſimus velut
quidam fluuius perſpicuus atq;
torrens. oues quidem proprias ir
rigabat. luporum vero blaſphemi
as penitus diluebat ⁊ generis ſui
nobilitatem ſpernens. libenter ſu
ſtinebat quamlibet pro fide cala
mitatem. Flauianus vir optimus
⁊ ipſe genere nobiliſſimus hone
ſtatem ſolā indicabat eē pietatē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

q velut puer exercitatus· maximuz
diodorum quaſi quendam infimi
torum certaminum iungebat ath
letam· Illo nanq̃ tempore non cõ
cionabatur inter eccleſiaſtica col
legia· ſed agẽtibus multa ſolatia
conferebat cõſilio eum· ꝛ ſcriptura
rũm· ꝛ expoſitionũ· Et doctores qui
dez contra arrianas blaſphemias
tendebant arcus Iſte vero velut ex
quibuſdam pharetris ſue mentis
ſagittas cõgruas offerebat· ꝛ nõ
ſolum domi· ſed etiam publice he
reticis reſiſtens· retia eorum facili
us erumpebat· ꝛ labores offende
bat araneos·

## Capitulũ· xiij· ℣

CVm hijs itaq̃ laborabat
deuotus efrattes · cuius
conuerſationez alio loco
conſcripſimus· Is enim ouium ſa
lutem ſue quieti preponens· ꝛ ſpe
luncam deſerens propriam, paſto
rales ſudores aggreſſus eſt· Quan
tas vero virtutis diuitias cõgrega
uit: nunc referre ſuperfluum eſt·
Vnum tantummodo eius debet di
ci· quod huic hiſtorie valde concur
rit· Aborree parte fluuius currit oĩa ori͠es
tes circa palatium· a meridie vero
eſt maxima porticꝰ vndiq̃ turres
excelſas habens· Inter palacium
vero ꝛ flumen platea eſt· que egre
dientes ex vrbe mittit ad ſuburba
nos agros· Per hanc plateaz dũ
tranſiſſet afrates ad hoſtilia cer
tamina properabat· vt ſacris oui
bus curas neceſſarias exhiberet·
Qua quidẽ cura Chriſtus tota vi
ta ſua in hoc calamitatis loco labo
rauit vt oues que perierant ꝛ erra
uerant ad rectum tramitẽ duceret
Hunc de palacio reſpiciens impe
rator viliſſimo pallio vidit indu
tũ· ꝛ in longeua ſenectute celeriter
properantem· Cumq̃ dixiſſet qui
daz quia iſte eſſet afrates· in quo
ciuitas vniuerſa penderet· dicit ei
imperator· Dic mihi vbi vadis·
At ille ſapienter reſpondit ꝛ con
grue· Pro tuo inquit oraturus im
perio· Tunc imperator· Oportet te
domi inquit orare ſcd̃m monachi
cum morem· At ille ſanctiſſimus·
optime inquit dicis ſi ſic quoq̃ p
mitteres· hoc me facere oportebat
ꝛ hoc actenus egi· donec chriſti o
ues pace priſtina fruerẽtur· Quia
vero tumultu maximo commouen
tur· et periculi onꝰ impendit ne cap
tiue teneantur· neceſſe eſt vbiq̃ di
ſcurrere eaſq̃ a neceſſitate ſaluare
Sed dic mihi trãquilliſſime impe
rator· ſi puella eſſem in periculo re
ſidens· ꝛ ad lanam vacans· vide
remq̃ paternam domum ignibus
cõcremari· quid me facere cõgrue
bat· ſedere intus ꝛ ardentez contẽ
nere domum· an certe diſcurrere
vbiq̃ aquam ferre· ꝛ flammas ex
tinguere· Credo quia dicis hoc potiꝰ
fuiſſe faciendum· id enim puelle

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſapiens eſt opus. Hoc ergo nūc agitur imperatoꝛ. Te nanqꝫ in paternam domum noſtram mittēte flammas. diſcurrimus vt eas velociter extinguamus. Hec illo dicente interminatus quidem tacuit imperatoꝛ. Vnus quidem cubicularius imperatoris aſpere reſpondens viro ſāctiſſimo. huiuſmodi cladeꝫ noſcitur pertuliſſe. Js enim habebat balnei curaꝫ. Vbi poſt hec verba deſcendens vt imperatori pararet ingreſſus ⁊ mente percuſſus. in aquam feruenteꝫ deſcendit. ibiqꝫ defunctus eſt. Sedebat imperatoꝛ expectans vt eo renuntiante lauaretur. Eoqꝫ tardante: miſit alios viros cur moraretur. At illi ingreſſi: viderunt illum in ſolio feruente defūctum atqꝫ ſolutum. Quod duꝫ nuntiatum fuiſſet imperatori. cognouerūt virtutem orationis a fratre. non tamen ab impiis dogmatibus receſſerunt. ſed ſcd'm pharaonē induratum eſt coꝛ eorum.

Capitulū. v.

Hac itaqꝫ tempeſtate iulianus famoſiſſimus ſolitudine derelicta. venit antiochiam. Nam cum heretici ſoliti facile ſarcire mendacia hūc virum fuere dicerent eſſe prauitatis. miſerunt ad eum lumen veritatis. flauian⁹ atqꝫ diodorus pariter ⁊ a fratres. acatium virtute florentem qui po

ſtea berie fuit epiſcopus. rogātes vt multis hominum milibus ſubueniret ⁊ aduerſariorum fallaciā red argueret. veritatiſqꝫ dogmata confirmaret. Js ergo vir ſanctiſſimus ⁊ veniens ⁊ reuertens ⁊ in ipſa maxima ciuitate quāta miracula fecerit. in hyſtoria deo amabili a nobis cōſcripta retulimus. Quia vero tocius populus ciuitatis ad collegia noſtra conuenit. nullum ſanctum dubitarē confido. Res enī inopinabiles ad ſe probātur vniuerſos attrahere. Sed maxima miracula ille vir operatus eſt. etiam veritatis hoſtes nequeunt denegare. Hoc enim ⁊ in alexādria temporibus conſtācij fecit magnus Anthonius. Deſerens enī ſolitudineꝫ totas circuibat vrbes. ſatiſfaciēs vniuerſis. quoniam athanaſius doctrine apoſtolice predicatoꝛ exſtaēt ⁊ hoſtes eēnt veritatis participes arrij. Sic igitur ſciebant ſāctiſſimi viri quod tempori vnicuiqꝫ cōgrueret et quando opus erat frui quiete. quādo neceſſarium ſolitudini preponere ciuitates.

Capitulū. vi.

Fuit igitur illo tempore in cyrreſtis famoſiſſimus a tepſemas in cella cōcluſus ⁊ ſexaginta annis neqꝫ viſus neqꝫ locutus. Zeumatius mirabilis quoqꝫ qui licet oculorum acie ipſe priuaretur. omnia tamē circuibat

confortans oues· lupiſq; reſiſtens
Propter quam cauſam monachi
cam eius cellulam cõcremauerũt·
Sed traianus magiſter militum
fideliſſimus aliã ei fabricans mul
to eum fouit auxilio· Hoc itaq; tẽ
pore fuit effrem in edeſſa· in Alexã
dria vero didimus· Et effrem Syra
vſus lingua ſpiritalis gratie radi
os emittebat Qui licet neſciret do
ctrinam grecam· multos grecorum
eruditoſq; redarguit· ⁊ totius he
retice prauitatis infirmitatem nu
dauit· Et quoniam tunc armoniꝰ
bardiſanus quedam cantica com
ponẽs ⁊ impietatem melodie ſua
uitati permiſcens alliciebat· audi
entes ⁊ capiebat in peſte Iſte ſu
mens inde conceptus· pietatem cã
tilene permiſcuit· ⁊ audientibꝰ ſu
aue nimis ⁊ vtile medicamen ap
poſuit· Que cantica triumphatorꝝ
martirum feſtiuitates actenus ef
ficiunt clariores·

Socrates.
Capitulũ· vij·

CVm igitur imperator Va
lens lege precepiſſet· perſe
quendos eẽ in Alexãdria
⁊ Egypto cunctos orthodoxos om
nia vaſtabantur· Alij namq; ad iu
dicia trahebantur· alij verberibus
agebantur· alij mittebãtur in vin
cula· plurimaq; ſupplitia a dũſus
quietis amatores ingerebantur·
Et dum hec in alexandria fierent
ſcd'm lucij voluntatem· fuiſſetq; in
antiochiam reuerſus Euzoiꝰ· mox
ad monaſteria per egyptum con
ſtituta proceſſerunt magiſter mi
litum cum multitudine armatorꝝ·
⁊ Lucius arrianus· Cumq; pluri
ma viris ſãctis mala facerent: nec
eos vllo modo ſuperarent· perſua
ſione lucij patres monachorꝝ mit
tuntur in exiliuꝫ· Inter quos erãt
Macharius Egyptius· ⁊ alter ale
xandrinus· Cumq; veniſſent in in
ſulam quandam abreptam cuiuſ
dam filiam ſacerdotis a demone
clamantem illis viris· cur veniſtis
hinc nos expellere: ſuis oratõibꝰ
liberãtam patri reſtituũt· ⁊ ad chri
ſtianitatem ſacerdotem ſimul ⁊ reli
quos habitantes in inſula perdu
xerunt Qui mox ſimulacra proijci
entes· formam templi in eccleſiam
mutauerũt· Baptiſabantur enim
⁊ offitia chriſtianitatis gratiſſime
docebantur· Sic igitur propter cõ
ſubſtancialitatis fidem· viri mira
biles probabiliores effecti ſũt· ali
oſq; ſanantes firmiorem operibꝰ
oſtenderunt fidem·

Capitulũ· viij·

EO ſiquidẽ tẽpe virũ alium
fidelẽ produxit deꝰ vt ꝑ eũ
fidei teſtimoniũ ꝑhiberet
didimũ mirabilẽ virũ q̃ oĩ tũc doctri
na floẽbat Is cũ puꝰ adhuc p̄ma
lrãꝝ elemẽta doceret· paſſiõe ocu
lorꝝ ꝑdidit viſum· Cui deꝰ ꝓviſibili
bꝰ ocul' intelligibiles ↄdonauit· Nã
qđ ꝑ oculos doceri ñ potuit auditu

vigilanti cognouit. Qui dū a pue
ro fuiſſet ingenioſus. videbat eci
am acute conſpitientes. Facile nā
q3 regulas grāmatice atq3 rethorice
artis didicit. Cūq3 veniſſet ad phi
loſophiam mirabiliter dyaleticā
ariſmetricam. muſicā. aliaſq3 phi
loſophie diſciplinas didicit animo
q3 recondidit. ita vt celeriter obui
auerit eis: qui oculis inſpectoribus
talia didiciſſet. Sed etiaʒ vetus no
uumq3 teſtamentuʒ ſic perfecte co
gnouit vt multos edere libros fec
ꝛ origenis op9 de pīncipib9 id ē
periachon interpretatus in eis ex
planaciões reliquit eximias. Fer
tur enim cum Anthonius valētis
tempore propter arrianos veniſſʒ
in Alexandriam. vidiſſe didimuʒ
eiq3 dixiſſe. Non te conturbet o di
dime amiſſio ſenſibilium oculorū
tales etenim tibi oculi deſunt: qui
bus ꝛ muſce et pulices frui vtiq3
poſſunt. Sed gaude potius. quoni
am habes oculos quibus. ꝛ iam
angeli coutuntur: per quos videt̄
deus ꝛ eius lumen inſpicitur.:

Theodoricus.:

Didimus ab infantia priuat9
oculis. grāmaticam. rethori
cam. ariſmetricam. geometriam ꝛ
aſtronomiā. ꝛ ſilogiſmos Ariſto
tilis. ꝛ eloquentiam platonis. au
ditu didicit. non quaſi hec veritatē
erudirent. Sed tamen arma velta
tis exiſterent

Socrates.

Quoniam aliqui ex nominis
ſimilitudine noſcuntur erra
re. neceſſarium eſt oſtendere. quo
niam alter eſt gregorius ponticus
ortus ex Neoceſarea ponti nimis ā
tiquus ꝛ diſcipul9 origenis. de iſto
nanq3 gregorio multus eſt ſermo
in athenis ꝛ berito. necnon ꝛ pon
to ꝛ vt ita dicatur in vniuerſo orbe
terrarum. Is enim cum diſceſſiſſʒ
ab athenis venit in berito. ibiq3 iu
ra legebat. Cumq3 cognouiſſet in
ceſarea libros ſacros origenem ex
ponē velut illuc explanacōnes ma
gniloqui illi9 auditurus. a quo ve
ra philoſophia erudit9. euocan
tibus parentibus remeauit ad pa
triam. vbi quideʒ dum eēt adhuc
laicus plurima ſigna fecit languo
res curādo demones per epiſtolas
expellendo. paganoſq3 ſermonibʒ
ꝛ operibus ſibimet ſubiugando.
Huius meminit pamphil9 mar
tir ꝛ euſebius in libris quos d ori
gene conſcripſit. Fuit ergo grego
rius antiqu9 iſte diſcipulus orige
nis. ꝛ alter nazanzen9 fraterq3 ba
ſilij. Fuitq3 alius Gregorius alexā
drinus arrianus

Capitulū. ix.

A tēpeſtate nouatiani ha
bitantes in phrigia. feſti
uitatem paſche mutauerūt
Quomodo autem geſtum ſit dicā.
Primo tñ referens cuius rei gratia
ēca phrigiā. paflogoioꝝq3 gētes
ſeueri9 ecclīaſtica regula ɔſeruetur

nouatus p̄ſbiter ſe ab eccleſie ro
mane cōmunione ſuſpendit· quo
niam Cornelius epiſcopus fideles
qui ſacrificauerant tempore ſacre
perſecucōnis a decio in cōmunione
receperat. Pro hac itaq; cauſa ſe
gregatus. et ad epiſcopatum a cō
ſortibus ſuis epiſcopis euocatus:
ſcribebat eccleſijs. ne eos q̄ demo
nibus immolauerāt ad ſacramē
ta ſuſciperent. ſed inuitarent quidē
ad penitentiam. remiſſionem vero
dei relinquerent poteſtati: cuius ſo
lius eſt peccata dimittere. Tales
epiſtolas ſuſcipientes in vnaqua
q; prouintia. ſcd̄m p̄prios ſenſus re
ſponſa reddebāt. Cum ēgo ille mā
daret vt nō oporteret ſacris inter
eſſe miſterijs eos qui poſt baptiſ
ma peccatum cōmiſiſſent quod du
cit ad mortem. Quibuſdam quidē
videbat̄ amara nimis et dura hu
iuſmodi regula. alij vero veluti iu
ſtam rectamq; ſuſcipiebant. Inter
hec mota queſtōne venerunt litte
re Cornelij romani preſulis: que re
miſſionem peccantibus etiā; poſt
baptiſma promittebant. Sic ēgo
ambobus diuerſa ſcribentibus et
ex diuinis eloquijs ſuos ſēſus fir
mantibus ſinguli prouintialium
diuerſas ſunt ſecuti ſententias ſa
nātes nāq; ſana repromiſſa remiſ
ſione: etiam reliquo tempore deliq̄
runt. Vnde videtur quia gentes fri
gum. caſtiores q̄ alie magis eē no
ſcuntur. Nouatus itaq; licet pro
pter conuerſacionē ſubtiliſſimā;
ſegregauerit ſemetipſū;· tamē nō

mutauit paſche ſolemnitatem. nā
ſcd̄m partes heſperias et iam iſte ce
lebrabat. Agitur enim apd̄ illos
poſt equinoxiū ab olim. et ex quo
Chriſtiani eſſe ceperunt. Sed iſte
quidē; poſtea ſub perſecucione va
leriani p̄ncipis: martiriū termina
uit. Hij vero qui ex eo nomē habu
erūt. eiuſq; fuere participes: facto
concilio paucorum epiſcoporum
in vico pazeno. vbi ſunt fontes ſa
garij fluminis. regulam protulerūt
vt iudeos obſeruarent azima faci
entes. et cum eis agant paſche ce
lebritatem. Poſtea tamen etiam
nouacianorum eccleſiam propter
illud concilium noſcitur eē diuiſā
¶ Eo tempore dum Valentinian⁹
imperator nullam hereſem pertur
baret. poſt liberium rome dama
ſus ordinatur epiſcopus. ſimul et
vrſinus ex dyacono eius eccleſie ī
baſilica ſicinienſi latenter. Ob q̄m
rem multis ſedicōne tunc maximi
mi animaduerſione punitis. remo
to vrſino damaſus permanſit.:

Theodoricus.:
¶ Capitulū. x.

Tunc itaq; apud heſperiā;
damaſus romanus. et am
broſius mediolanus. ſpi
ritalib⁹ iaculis feriebāt hoſtes: cū
quib⁹ etiā illi qui ad lōga fuerāt
exilia deſtinati litteris cōfortabant
ſuos. et adūſarios deſtruebāt. q̄s
diuina p̄uidentia gubernatorēs inſtru
ctuacione preparauit. et militum

ſapiẽtiſſimos duces in prelijs.

## Socrates.
## Capitulũ.xi.

INter hec igitur valentinia
nus imperator heſperie: cõ
tra legatos ſauromatarũ
vehemẽti furore cõmotus. eruptio
ne venarum fluxu ſãguinis expira
uit. conſulatu graciani tertio et eq
cij viceſimaſeptia die mẽſis nouẽ
bris anno vite quinquageſimoquar
to imperij.xi. Quo moriẽte: ytalie
milites ſexto die poſt eius mortẽ
valẽtinianum puerum eius filiuz
ad imperij culmina prouexerũt. Cu
ius imperium fert cõpatruus. licz
ingrate quod eis ignorãtibus fa
ctum ſit. tamẽ poſtea ſuſceperunt.
Hoc itaqꝫ modo valentinianus iu
nior in paterno ſucceſſit imperio.
Js enim natus eſt de Juſtina. quã
viuẽte ſeuera priore coniuge. valen
tinianus hoc modo duxiſſe proba
tur vxorẽ. Juſtus iuſtine pater cuz
eẽt piceni iudex cõſtãcij temporibꝰ
vidit in ſomnis quoniã ex dextro
femore imperialem purpuram ge
nuiſſet. Cũqꝫ viſio per multos recta
retur. ad cõſtãcij aures vſqꝫ per
uenit. At ille cõſiderãs ſomniũ tãquã
imperator ex eo naſceretur. mittẽs
occidit iuſtum. Cuius filia Juſti
na cum orphana remãſiſſet a pre
virgo permãſit. Poſteriore vero tẽ
pore peruenit ad ſeuere noticiam:
ad quã frequẽtiꝰ veniebat et ama
batur. ita vt etiã cũ ea balneis vte
retur. Cũqꝫ ſeuera ſecum lauãtem
Juſtinã diutius inſpexiſſet. pulcri
tudine obligata eſt. et dixit impera
tori. quia ſic eẽt ſpecioſa virgo Ju
ſtina. vt et iam ipſa licet eẽt muli
er. eius tamẽ amore ſit capta. At ve
ro imperator eius ſermõe cõcepto
Juſtinam ducere tractabat vxorẽ
non tamẽ Seuerã abijcere ex qua
gratianus fuerat natus. quẽ pau
lo ante firmauerat imperatorem.
Legem itaqꝫ protulit publice per ci
uitates propoſitam ſanciẽtem vt
liceret volẽtibus habere duas vxo
res. Cũqꝫ poſita lex haberet. Juſti
ne ipſe cõiunctus eſt. ex qua natꝰ eſt
valentinianus iunior. et filie tres.
iuſta. grata. galla. Quarũ due quidẽ
in virginitate permãſerũt. Galla ve
ro poſtea maior theodoſij imperator
duxit vxorez: ex qua placida filia no
ſcitur ei eẽ progenita. Nã Archadiũ
et honoriũ ex placilla priore coniu
ge habuiſſe cognoſcit

## Zozomenus.
## Capitulũ.xij.

INterea valẽs in ãtiochia
Syrie degens. cõſubſtãcia
litatis cultores vehemẽter
inſequebatur. nĩ liber Themeſtij phi
loſophi reuocaſſet. in quo perora
uerat quod eũ nõ oportet eẽ infeſtũ.
propter diſcordiã eccleſiaſticorũ
dogmatum. quando etiam apud
paganos. vltra trecẽtarũ ſectarũ dif
ferentia videretur. et vnuſquiſqꝫ pro dog
mate proprio in ſentẽtia diuerſa

ꝯſiſteret. ⁊ forte hōc deo gratū ꝑo
tiꝰ eſſet: dū nō facile cognoſcitur
⁊ diuerſo mō glorificatur: q̄tinus
vnuſquiſq; ampliꝰ timeat: dū in
tegritatē eius ꝯſcientie ⁊ q̄uo aut
qualis quātuſq; ſit ignorat. Hiis
themeſtij ratiocinacōibus aliq̄n
tulum mitior factus eſt imꝑator.

## Socrates.

Non tamen omnino ſe ab idi
gnatione ſuſpendit. ſed pro
morte imponēda. ſacratiſſimis vi
ris decernebat exilia. donec eiꝰ im
petū cauſa huiuſcemodi rei pub
lice remouiſſet. Barbari trans hi
ſtrum ꝯſtituti: qui vocātur gothi
ciuile bellum inter ſe duabꝰ parti
bus cōmouerunt. Vnius preerat
fridigernꝰ. alterius athalaricus
Cumq; preualuiſſet athalaricus
fridegernus cōfugit ad romanos
eorūq; poſtulauit auxilium. Quo
cognito valens p̄cepit thracie mi
litibꝰ: vt barbaris auxilia cōmo
darent. hoc ſolatio victus athala
ricus eſt ⁊ in fuga; verſus. Ob hāc
ergo cauſam fridigernus volens
aliquod beneficium recompenſarē
valenti: cum ſuis omnibꝰ dogma
ta eius religionis amplexꝰ eſt. vn
de hactenus gothi arriai eſſe no
ſcuntur. Tunc quidā vulfilas go
thoꝝ epiſcopus litteras gothicas
adinuenit. ⁊ ſcripturas diuinas
in eam cōuertit linguam. Cum igi
tur nō ſolum fridegerni gothos ſꝫ
etiā athalarici vulfilas edoceret.

tunc athalaricus videns religiōe
patriam violari: multos arriano
rum ſupplicijs tradidit: quos arri
ani martires nūc appellant. Vere
ro poſt multum denuo inter ſe bar
bari compacati. a vicinis gentibꝰ
hunorum deprecabātur. Expulſi
q; de ꝓprijs ad romanoꝝ loca con
fugiūt ſeruire potius volentes im
peratori. hoc dum cognouiſſet va
lens: nichil futuri ꝓuidens terras
eis tribuit thraciarū: arbitratus
preparatum ſe cōtra omnes bar
baros habere ſolacium. ac ꝓpterea
milites de cetero negligebat. ⁊ eos
qui dudum contra hoſtes elabo
rauerant deſpiciens. quidam colla
tores ꝓuincie per vicos ⁊ ciuitates
pro vno quoq; milite octogita ſo
lidos exigebat: qui dudum eorū
tributa releuauerat. Hoc ergo fu
it initium vt illo tempore romano
rum reſpublica calamitatibꝰ ſub
deretur. Barbari namq; cum tra
chiā tenuiſſent licenter romano
rum ꝓuintiam deuaſtabant. Hec
audiens valens: cum ab ortodo
rum exuuijs nō quieſceret. tunc ta
men hac ſe neceſſitate ſuſpendit.
turbatus enim ab antiochia ad
conſtātinopolim venit. vnde etiā
aliquātum xpianorum perſecutio
ceſſauit.

## Capitulum decimūtertium.

### Theodoricus.

In terra valens impr dū gothoꝝ

gentē cōmoluiſſet ād pretiū apud
boſſorum·tunc fatuus vires ſue ī
firmitatis agnoſcēs·mittit ad fra
trem ſolatia petens·At ille reſcrip
ſit quia religioſum nō eſſet talem
virum iuuare·qui deo rebellis exiſte
ret Sed magis eſſe iuſtum vt eius
ſuperbia ſedaretur· Quod dum il
le miſerrim⁹ agnouiſſet·licet ma
iori neceſſitate conſtrictus·non ta
men a ſua nimietate ceſſauit· Sed
fuit veritati rebellis Therentius igi
tur inter hec victor reuerſus eſt ab
armenia·vir optimus ⁊ pietate de
center ornatus·hunc iuſſit valens
poſcere dona q̄ vellet·At ille quod
decebat piūm virum cogitare r̄ſpō
dit·pecūe enim non aurum·nō ar
gentum·nō predium·non cingu
lum neq̄ȝ domum Sed vt eis qui ꝓ
apoſtolica doctrina pericula ſuſti
nuerant·vna preberetur eccleſia·
At ille peticōnem ex ſcripto ſuſcep
ta cognoſcēs: que illic tenebātur
ad ſcripta diſrupit eumq̄ȝ alia po
ſtulare precepit· Verum ille colli
gens verba precū·ſuſcipe inquit o
imperator·⁊ habeo donum·aliud
vero non poſtulo·intencōnis mee
iudex eſt vniuerſorum iudex·Cum
ergo valens tranſita boſſora veniſ
ſet in trachiam·primū quidem cō
ſtantinopolim commoratus eſt·
preparās bellum·deinde Traianū
cum expeditu cōtra babaros deſti
nauit·Cūq̄ȝ remeaſſet ille deuict⁹·
derogabat valens eius mollitiem
⁊ cauſam timoris aſcribens At ille
vſus fiducia viro fortiſſimo cōg ru

entē·nō inquit imperator ego ſuȝ
victus· Sed tu victoriam prodidi
ſti·dū deo reſiſtis ⁊ illius ſolatia
barbaris facis pocius oportuna·
Dum enim a te expugnatur pro il
lis pugnat·et neceſſe eſt deum ſe
qui victoriam·An neſcis quos ab
eccleſiis expuliſti vel quibus eas
cōtradidiſti·Hec eadē arantheus
⁊ victor magiſtri militum ſunt pro
feſſi·⁊ impeātorem ne tunc indig
naretur ammonuerunt·Aiunt ⁊
enim yſaac monachum habētem
cellulā illic cum videret eum egre
dientem ad pugnam cum clamo
re dixiſſe·Quo vadis impeātor q̄d
pugnas aduerſus deum queȝ nō
habes adiutorem·Ipſe enim con
tra te barbaros mouit·quoniam
⁊ tu aduerſus eum blaſphemas
linguas plurimas incitaſti·⁊ q̄ ei
pſallūt ſacra domibus expuliſti
Quieſce ēgo rebellare·et ille faciet
bella ceſſaē Red de gregibus paſto
res eximios·⁊ victoriam ſine bello
percipies·Si vero nihil horum·ſic
agens·pugnaē contendis·experi
mento cognoſces quia durum eſt
tibi cōtra ſtimulum calcitrare·Nā
neq̄ȝ reuerteris·⁊ exercitum vehe
menter amittes·Becranion autē
omni virtute clarus vniuerſe Scy
thie preſul·habēs zelo fidei cor ac
cenſum pro corrupcione dogmatū
⁊ iniquitatibus quas contra ſan
ctos agebat·valentem ſepe redar
guit: clamās cum ſanctiſſimo da
uid·Loquebar de teſtimoniis tu
is in cōſpectu regū ⁊ nō cōfundebar

Qua tamen gratia barbari arria
no ſint viciati languore narrabo
Tempore quo trãſeuntes hyſtꝛ
pacem cum valente fecerunt. tunc
preſens eudoxius ſuggeſſit impe
ratori. vt ei gothi cõmunicarent
dudum enim diuine ſcientie radi
is imbuti apoſtolicis dogmatibꝰ
paſcebantur. Communio inquit
vnius dogmatis. firmiorem facit
pacem. hoc valens laudans. a du
cibus gothoꝝ exegit. vt dogma
tum quoqꝫ concordiam retinerẽt
Illi vero dicebant paternã ſe mu
tare doctrinam. Et cum illo tempo
re vulfilas eſſet eorum chriſtus
quem valde ſequebantur. eiuſqꝫ
verba quaſi leges immobiles eſti
mabant. hunc verbis pecuniiſqꝫ
flectens eudoxius egit. vt barba
ri communionem amplecterẽtur
imperatoris. ſic decipiens eos ac
dicens. certamen eſſe verborum nõ
differentium dogmatum. Quam
obrem hactenus gothi maiorẽ
quidem patrem filio dicunt. crea
turam vero filium nequaqꝫ dicere
patiuntur. licet hoc aſſerentibus
cõmunicare videantur.

### Socrates.

### Capitulum. xiiii.

Hoc itaqꝫ tempore ab anti
ochia diſcedente. confor
tati ſunt qui ab eo impa
tore pſecutionem patiebantur. et
maxime alexandrini Petro quip
pe reuertente de roma. cum literis
damaſi romane vrbis antiſtitis.
confirmantis conſubſtantialita
tis fidem. et petri epiſcopi roborã
tis ordinatõnem. quo facto popu
lus ſumpta fiducia expulit luciũ
et reduxit petrum. Sed lucius con
ſtantinopoli nauigauit. Petrus
cum paucum vixiſſet tempus. re
liquit fratrem ſuum Thymothe
um ſucceſſorem.

### Capitulum. xv.

Porro valens imperator
cũ triceſima die May mẽ
ſis ſexto conſolatu ſuo. et
valentiniani iunioris ſecũdo con
ſtantinopoli veniſſet. inuenit po
pulum in meſtitia conſtitutum.
Barbari namqꝫ pertracias diſcur
rentes etiam conſtantinopoleos
ſuburbana vaſtabant. nõ exiſtẽ
te qui eis rẽſiſtere fortiter preuale
ret. Qui dum vſqꝫ ad muros veiſ
ſent vrbꝰ. afflicta ciuitas murmu
rabat. quaſi eos imperator illic euo
caſſet. dum nec reſiſteret et magiſ
bella protraheret. Circenſes igitur
agebantur. et illic imperatori cla
mabant. Da arma. et nos pugna
mus. hinc accenſus imperator. vn
decima die iunij menſis egrediẽs.
interminatus penas ſe pro iniuri
is cum rediret a conſtantinopoli
tanis ciuibus exacturum. et quo
niam primitus videbantur proco
pio prebuiſſe ſolatiuz. ita vt ciui
tatem aratro verrere minaretur.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

deduxit igitur ciues vſqȝ ad vrbē adrianopolim que eſt in cōfinio macedonie.

Theodoricus

Et exercitu quidē pmiſſo. ī quodam vico victoriā ſuſtinebat. Porro milites barbarorum impetum non ferentes. alij fugiebant. alij necabant. Barbari autē venientes ad vicū vbi valens agnita perditione ſe celare nitebatur. immiſſo igne cō cremauerunt cum vico etiam pietatis inimicum

Socrates.

Qui terminum vite ſortit⁹ eſt nona die mēſis auguſti. eodem conſulatu idem iiij. āno ducenteſime octogeſime none olimpiadis. Aiunt aliquī eum igne conſumptum. cum ī vicum fugiſſet quem barbari concremauerunt. alij vero referūt. qȝ mutato imperiali habitu ad pedeſtrium venit exercitū. ⁊ cum equeſtres ſe tradidiſſent pugnare nolentes in congreſſione vniuerſos pedeſtres repente confoſſos. vbi dicit ipſum quoqȝ ignoto vulnere fuiſſe proſtratum. defunctus ē āno vite quinquageſimo. qui cū fratre regnauit annos. xiij. p⁹ fratrem vero. iij. taliqȝ ſorte defunct⁹ eſt.

Explicit liber. viij. hyſtorie eccleſiaſtice. Incipiunt capitula libri noni.

Quia mortuo valente cōſtantinopolim barbari deuaſtabant .ij.
De benignitate gratiani. ⁊ fidei rectitudine. .iij.
De cōtentione apud antiochiā inter Paulinū ⁊ Meletiū facta. ⁊ de apollinare laodiceno eiuſqȝ ſecta. iiij.
De theodoſij ducatu ꝉ quō a grāno īpatore fuerit ordinat⁹ et ad oriētale miſſus impiū. orthodoxis profuit. ⁊ detrudit hereticos tranſmutato .v.
Quomō macedoniaī denuo ab orthodoxis diuiſi ſunt. .vi.
Quomō theodoſius impator theſalonica baptiſat⁹ ſit. .vij.
Profeſſio theodoſij de fide. .viij.
De gregorio nazanzeno cōſtātinopolim. .ix.
De baſilica ſancte Anaſtaſie .x.
Quō Theodoſius īpator ab ecclēia cōſtantinopolitana arrianos expulerit. .xi.
De eunomij calliditate. .xij.
De cōſtātinopolitano concilio cōtra macedonianos .xiij.
De ordinatōne Maximi cinici eiuſqȝ depoſitione. ⁊ ordinatione ſcta nectarij. ⁊ de canonib⁹ in ea ſinodo cōſtitutis epōs. .xiiij.
Ep'la cōſtātinopolitani concilij ad papā damaſij ⁊ occidētales .xv.
Ep'la damaſi de dānatione apollinares ad Thimotheū. .xvi.
Statuta ſedis ap'lice cōtra diuerſas hereſes. xvij.
Pauli cōſtātinopolitani pōtificis fecit reuocari theodoſius .xviij.
De auſpitijs īpatoris archadij.
Quō theodoſi⁹ examiatione .xix.
ſcā hēticoꝝ oēs expulerit ⁊ fouerit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf